

nus & Mercurius in predictis angulis cum Sole fuerint. Maxime quidem cum Mercurius occidetalis extiterit, & utriusque Lunae in figura associatus fuerit. Mars autem si cum his duobus stellis fuerit, ex quo Lunae associetas sua ruit linguarum tenacitate in parte maiori denodabit. Itē cum ad infortunatrices stellas et in angulis infortunatas inerit lunaria, uel cum in opposito luminari infortunatrices fuerint, proprie autem cum Luna fuerit in altero duorum nodorum uel in casmo, aut in signis infirmatibus, ut Aries, Taurus, Cancer, Scorpius & capricornus, contingent corpori gibbositatis impedimenta uel alicuius membris destructiones, ut claudicatio, deficcatio, aut disiunctio. Quod si fuerint cum luminaribus infortunatrices ab ipsa hora partus haec eadem impedimenta contingent. Si autem in coeli medio fuerint & super lumina-  
ria eleuentur fuerintque loca earum in longitudine cum eis aduenient haec im-  
pedimenta per accidentia maxima plena timoris, ut precipitatio uel casus  
in manus latronum, seu per quadrupedia. Et si Mars eleuatus extiterit &  
dominetur ex combustione ignis uel ex plagis maximis, siue quia in latronum  
manus incidet, haec contingent impedimenta. At si Saturnus eleuetur & dominetur,  
haec eadem accidentia impedimenta ex precipitatione, uel submersione, aut ex  
paralyesi. Impedimenta quidem quoque frequentius accidunt, cum Luna in duabus  
punktis aequinoctialibus & duabus solstitialibus existit sunt haec. Cum fuerit  
itaque Luna in punto aequinoctiali uernali, impedimentum inde contingens  
erit proprie morfea, & si fuerit in punto solsticiali aestiuali erit impetigo, &  
in punto aequinoctiali autumnali, erit albaras. at si fuerit in punto sol-  
stitiali hyemali frequenter inde contingens erit lentigo & similia. Accidunt  
autem infirmitates, cum infortuniae predicto modo associantur in figura Soli  
uel Lunae, modo tamen contrario. i. ut ei associent & sint matutinales & as-  
socient Lunae & sint uespertinales. Illud autem quod generaliter ex infirmitatibus  
continget est id quod subiungitur. Complexiōem uentris nati, faciet Saturnus  
frigidam & ualde flegmaticam, aut ex humorib⁹ ad membra discurrentibus ma-  
cilem, morbidum, & ictericum, plagam etiam in intestinis, tussim, sputum, cauleg atque  
lepram, & cum his oībus accidet mulierib⁹ dolor uulnus. Mars autem sputum san-  
guinis & melancholiā quoque ex nigris colorib⁹ puenit, apostemata in pulmone  
atque scabiē, & cum haec accidet ei, semper impedimenta ex incisōibus & adustio-  
nib⁹ in eo factis propter infirmitates quae in occultis locis patiuntur, ut sunt ficus atque  
fistulae, et id quod in corpe nascit et amplificatur, aut quemadmodum sunt ulcera ca-  
lida ignea, nec non et ulcera quoque corrodendo crescent mulierib⁹, etiam cum his acci-  
det puerorum aborsus & eorum detruções, predictae quoque naturae stellarum quoque adi-  
uicē associantur in figura, proprias infirmitates in membris corporis quoniamque faciunt  
quae in augmento malitiae Mercurius adiuuat. Saturnum etem iuuat in infrigido  
& proprie in decursu humorum ad membra, et in eorum nocumētis. Maxime  
autem in his quoque ad palatum & pectus atque stomachum discurrent. Marte uero iuuat in  
desiccando, & in his quoque ex desiccatione puenit, ut sunt crustae ulcerum, et escare  
dubaiet, et erisipila, et impetignes iniq, melancholia, frenesis, epilepsia, et his  
similia. Haec iterum habet quoniamque proprietas secundum signorum differētias, in quibus fu-  
erit earum societas in predicta figura, quoque super duos angulos fuerit, nam Cācer, Capri-  
corn⁹, Pisces, & oīa signa quoque figuræ sylvestrib⁹ animalibus atque Piscibus

affit